

dietas^{a)} | et amplius [dist]an[s pos]ita es[se et] | metropolitico
 iu[re tue ditioni sub]esse | perhibetur, cuius itaque parrochiani
 ita [se] | consanguinitate uel^{b)} aff[initate dicuntur] | con-
 tingere, quod matrimonium uix [secundum statuta canonum] |
 legitime poss[in]t contra[here .] | cum diffi[cile^{c)}
 .] | . . isse terram .

aliunde uxores . . [Vnde a] | nobis iam dicti nu[n]ci
 tui instantius | postulabant, ut [predictis parrochianis sicut] |
 deberemus super hiis i[n]dulgentes generaliter | aliquam inde^{d)}
 facere di[gnaremur dispensationem]. | Siquidem in sanctorum
 patrum constituti[onibus et] | sacris canonibus aliquam in
 huiusmodi [dispen]sationem non legimus generaliter factam |
 fuisse, nisi quod beatus Gregorius Anglis no[n] uiter ad fidem
 conuersis, ut in IIII^{to} gra[du] matrimonium contrahere pos-
 sent, indulxit, quod ipse idem postea reuocauit.¹⁾ Vnde quoniam
 scripta nostra super talibus legem facere non consueuerunt,
 certum tibi inde responsum dare nullatenus potuimus. Verum-
 tamen si ab aliis insulam prescriptam terris per XII dietas^{e)}
 sicut audiuius constet distare et eius populo tantam in hiis
 necessitatem noueris iminere, tu ascitis tibi suffraganeis tuis
 cum suo et aliorum religiosorum uirorum consilio poteris
 dispensare et supradicto populo, ut in V^o et VI et VII gradu
 contrahant matrimonium, indulgere, donec omnipotens domi-
 nus tantam ab eis aufert necessitatem. In IIII^{to} autem gradu
 et infra dispensationem fieri omni modo prohibemus.

2.

Brit. Mus. Cott. Ditellius E XIII fol. 223b [= C]; Peterhouse
 College Cambridge 193 fol. 229c [= P]. (1164—81).

Alexander III. A.¹⁾ Trundensi archiepiscopo, apostolice sedis
 legato, et eius suffraganeis.

a) über getilgtem dies.

b) oder et.

c) oder difficultate.

d) über getilgtem mm.

e) über getilgtem decas.

1) I. CP.

1) Dgl. c. 2 C. XXXV q. 5 (Alexander II. JZ. 4500) mit der Exegese
 der Stelle in den bekanntlich wegen ihrer Echtheit sehr umstrittenen
 Interrogationes Augustini, Greg. I. Reg. XI 56a (JZ. 1843) c. 5 = c. 20
 C. XXXV q. 2, 3.